Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9168
Copyright: Melk, Benediktinerstift

a magnitudine corporum sic dictos. A geos quod est terra. Sz et quantitati corporum correspondebat iniquitas eorum. Et incepta tia cphade mundavit diluvium scilicet MM·CC·xlij anno post creationem mundi. Post diluvium orti sunt et alij gygantes in ebron. Et post fuit in thanis civitate egipti. De quorum stirpe fuit enachym. cuius filij habitaverunt in ebron. De quibus ortus fuit golyas quem david occidit. hyst. Gen. xxxiij. ca°.

Et nota quod quotienscumque invenies in toto isto opere hanc literam g. in fine hystorie alicuius, per numerum sequentem illud g. designatur quot annorum erat ille cuius est hystoria cum genuit filium sibi sequentem. Cum vero invenies p. per numerum sequentem illud p. demonstratur quot annis fuit post creationem mundi.

Noe cum quingentorum esset annorum genuit Sem Cham et yapheth. Sexcentesimo vero anno vite sue inundante diluvio archam cum septem animabus intravit scilicet uxore sua et tribus filijs et tribus uxoribus filiorum eius. Et animalibus mundis septena et septena. Et animalibus inmundis bina et bina